AL BEATISSIMO PADRE

E PONTEFICE MASSIMO

DELLA

CATTOLICA CHIESA

PIO PAPA NONO

VOTO UMILISSIMO DELLA TREVIGIANA DIOCESI

INNALZATO DAL SUO VESCOVO

AD ILLUSTRAZIONE E DIFESA DEL PRIVILEGIO SPECIALISSIMO

D'UN IMMACOLATO CONCEPIMENTO

CONCEDUTO

ALL'ECCELSA NOSTRA SIGNORA



TREVISO

DALLA TIPOGRAFIA ANDREOLA

1849

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2-8

Sanctissimo in Christo Patri

PIO DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE NONO

TOTIUS CHRISTIANAE REIPUBLICAE

SUPREMO MODERATORI

VISIBILI CAPITI MAGISTRO AC PRINCIPI

SEBASTIANUS SOLDATI

IN VENETIS PROVINCIIS TARVISINORUM EPISCOPUS

Praelatus Domesticus ac Pontificio Solio Assistens

F.

Serius, Pater Beatissime, quam voluissem, vel cogitassem, propter Italicarum rerum vicissitudines, bellorum tumultus, temporum conditionem, omnibus plane compertas ac cognitas; curante Viro excellentissimo, qui Vindobonae gravissimo fungitur munere Apostolici Nuntii, atque eximia virtute et constantia pari difficillima gerit ac ministrat negotia Sanctae Romanae Sedis apud Imperatorem ac Regem Franciscum Josephum, quem penes tota modo stat vigetque Austriacae ditionis summa, tamque late porrecti Imperii Germanici moles, Apostolicas tuas, labente mense Junio, litteras accepi Cajeta datas postridie Kalendas Februarias anni hujus millesimi octingentesimi quadragesimi noni ad singulos Pastores, Antistites ac Patres Catholicae familiae: quibus significasti incredibili

Digitized by Google

Al Santissimo Padre in Gesù Cristo

PIO PER DIVINA PROVVIDENZA

PAPA IX.

SUPREMO REGGITORE

DI TUTTA LA CRISTIANA REPUBBLICA

CAPO VISIBILE MAESTRO E PRINCIPE DELLA MEDESIMA

SEBASTIANO SOLDATI

NELLE PROVINCIE VENETE VESCOVO DE' TREVIGIANI

Prelato Domestico, ed Assistente al Solio Pontificio

Felicità

Più tardi, o Padre Beatissimo, più tardi ch'io non avrei voluto o immaginato, a cagione delle vicende delle cose italiane, dei tumulti delle guerre, e della condizione de' tempi, a pieno note e conosciute da tutti; per merito dell'eccellentissimo personaggio che in Vienna sostiene il carico di Nunzio apostolico, e con distinta virtù ed eguale costanza maneggia i gravissimi affari della santa Romana Sede presso l'Imperatore e Re Francesco Giuseppe, (presso il quale ora sta la somma del dominio della Casa d'Austria, e la mole del Germanico Impero cotanto esteso), in sul cadere del mese di giugno ho ricevuto le Apostoliche Vostre Lettere date da Gaeta il dì 2 febbrajo 1849 a tutti i Pastori, Superiori, e Padri della Cattolica famiglia: colle quali lettere Vi piacque di significare, con incredibile applauso e gioja di quanti le hanno lette, esser Voi ora tutto occupato in

Digitized by Google

legentium plausu et gaudio Te in eo modo totum esse, ut inter revelatas recenseas veritates, divina dictante fide, Christianae plebi ad credendum propositas, privilegium immaculati conceptus passivi, ut loquuntur Theologi, quo ab augustissima aucta fuit et exornata Trinitate in primo vitae suae exordio Sanctissima Virgo et Mater Maria; Teque eo spectare, ut sacra ejus tempora, jamdudum hoc merentia decus, eo nobilites diademate, quo circumdata inter creatas res ratione praeditas, non speciosa modo, singularis, formosissima, cunctarumque filiarum Hevae facile princeps ac Regina, verum etiam unica contemplantibus videatur. Iisdem praeterea litteris Apostolicis, pro suprema ac divinitus collata, qua in toto Catholico orbe emines potestate, universis praecepisti Episcopis, ut hac super re quamprimum fieri possit ad Te scriberent, eaque omnia quae ad hoc materiae genus spectant, accurate referrent. Imperasti singularum Ecclesiarum Pastoribus ac ducibus, ut Tibi significarent quid in negotio hoc, sane gravissimo, proxime definiendo tum ipsi sentiant, tum populi eorum commissi regimini? An probabilis subsit spes futurum fore, ut novo hoc religionis subsidio parato, turpissima desinat vitiorum seges, reflorescat prope collapsa pietas, ac virtutum amor, honestas morum, firmitas fidei ad pristinum revertantur statum? An Virgo evecta privilegii hujus usu et invocatione ad excelsum dignitatis gradum, quo longe multumque superat ac vincit in beatissimo coelorum regno quidquid Deus non est; juxta praeconceptam bonorum omnium expectationem utilitati nostrae sic consultura sit, ut omnibus civium ordinibus impense faveat, causaeque patrocinetur filiorum Adam? De hisce igitur omnibus responsurus quid dicere potero quod Tibi sapientissimo probetur Tuaeque satisfaciat expectationi? Si in subjecta materia interrogas quid sentiam ego, libere dicam tantum abesse ut existimem hanc causam nimis celeri ac praecipiti cursu dici posse definitam, ut potius vehementer doleam factum fuisse, ut causis gravissimis longam exigentibus moram, divina Mater per undeviginti saecula ea honoris ac decoris accessione caruerit, quae ipsi jam inde ab exordio tempo-

Digitized by Google

questo, di comprendere fra le rivelate verità, che per dettame della divina fede sono proposte a credersi al popolo Cristiano, anche il privilegio dell' immacolata Concezione, di cui dall' augustissima Trinità fu arricchita ed adorna fino dal primo istante della sua vita la SS. Vergine e Madre Maria; e che Voi mirate a quest'unico scopo di nobilitare con un prezioso diadema le tempie di Lei, ben meritevoli di così fatta distinzione; diadema, di cui cinta comparisca fra le ragionevoli creature non solo avvenente, ma singolare, bellissima, sovrana e reina delle figliuole di Eva; anzi pure unica a quanti si fanno a contemplarla. Inoltre colle medesime lettere apostoliche, uso facendo di quella suprema e divinamente conferita podestà, per cui Vi distinguete e grandeggiate in tutto il cattolico mondo, avete imposto a tutti i Vescovi che in questo proposito quanto prima lo potessero, fossero obbligati a scrivere a Voi, e riferire con accuratezza quanto spetta a questo genere di materia. Avete comandato ai pastori e duci delle singole chiese, che comunicassero a Voi, che cosa in questo punto gravissimo da definirsi quanto prima, sentano essi e i popoli affidati al loro governo? Se vi abbia una probabile speranza, che sia per avvenire, che apparecchiato questo nuovo sussidio porto dalla religione, cessi la turpissima semente de' vizj, rifiorisca la religion quasi spenta, riviva l'amor delle virtudi, mostrisi l'onestà dei costumi, e la stabilità della fede torni allo stato primiero? Se la benedetta Vergine elevata mercè l'uso e l'invocazione di questo privilegio ad un eccelso grado di dignità, per cui di lunga mano supera e vince nel beatissimo regno de' Cieli tutto quello che non è Dio; secondo l'espettazione concetta da tutt' i buoni, sia per provvedere alla nostra utilità per così fatto modo, che in maniera parziale voglia favorire ogni ordine di cittadini e proteggere la causa dei figliuoli di Adamo. Di tutte adunque queste cose incaricato a rispondervi, che mai dir potrò che meriti d'esser approvato da Voi, giudice sapientissimo, e che sia degno di satisfare alla Vostra espettazione? Se nella materia di che si tratta piacevi d' interrogarmi com' io la senta, dirovvi francamente esser tanto lontano ch' io giudichi che questa causa possa dirsi decisa con troppa celerità, che anzi piuttosto dorrommi assai che così esigendo gravissime cause producitrici d'un lungo ritardo, la divina Madre pel corso di diciannove secoli sia stata privata di quella giunta di onore e di decoro, che sembrava fino

Digitized by Google

rum, ecclesiaeque institutione omnino debita videri potuisset. Si quaeris quid Tarvisina plebs mea judicet, hoc verissime dicam neminem esse qui non gaudeat magnopere, Virginique gratuletur majorem in modum de excelso honore per apostolicas litteras propediem amplificando. Si petis an uberem utilitatem, coelestem tutelam, perpetuum patrocinium christiana respublica sit adeptura, benedicta Virgine glorioso Immaculatae titulo honestata, illico respondebo prope innumera ex ecclesiastica historia exempla colligi, ex quibus discimus catholicam Ecclesiam, sanctamque Apostolicam Sedem inferorum armis vexatas, saevissima jactatas procella, impiorumque filiorum conatibus lacessitas, nihil potius semper habuisse, quam ut ad Deiparae protectionem confugerent, ipsam novo aliquo titulo salutarent, ejus poscerent clementiam, se universaque sua pio affectu commendarent. Et sane si nequissimus pariter et audacissimus Nestorius nil intentatum reliquit, ut Virginum Reginae eximium auferret decus Matris Dei; Romani Pontifices, universique catholicae Ecclesiae Episcopi viam sibi pararunt ad triumphum assequendum, decreto lato ut ab omnibus Christi fidelibus, tanquam vera Salvatoris genitrix, tum publice, tum privatim ubique invocaretur: quo facto pacem optatissimam obtinuit Christi familia, coelum nubibus obductum ad pristinam rediit serenitatem, siluit imber, vocesque horrisonae inimicorum crucis conticuerunt. Si vertente Ecclesiae saeculo sexto decimo divina religio gravissima passa est detrimenta ob incredibiles Turcarum, ceterorumque his similium conatus ac temerarios ausus; egregius Pius Pontifex hujus nominis quintus uberrimam tum ex suis, tum etiam ex universae Ecclesiae precibus retulit utilitatem, indictis publicis supplicationibus in honorem B. V. M. sub titulo glorioso salutatae *Reginae victoriarum*, promotaque precatione, quae modo ubique viget, Rosarii. Si ineunte hoc saeculo, procurantibus fidei hostibus, Pius Papa Septimus ab Romana exturbatus Sede sua jussus fuit per annos quinque et ultra Roma exulare, innumera pati incommoda, ac

dall'esordio dei tempi e dalla istituzione della Chiesa interamente dovuta a Lei. Se mi domandate ciò che giudichi questo mio popolo trevigiano, dirovvi con tutta verità, non vi aver un solo che non ne goda assai, e non si congratuli in maniera distinta colla Vergine dell'eccelso onore che sta di giorno in giorno per essere ampliato col mezzo delle Vostre apostoliche Lettere. Se chiedete se la cristiana repubblica possa promettersi perpetuo ed amorevole patrocinio, copiosa utilità, celeste difesa, allorquando la Vergine benedetta sia fregiata del glorioso titolo d'Immacolata; immediatamente risponderò essere pressochè innumerevoli gli esempli tratti dalla storia ecclesiastica, dai quali impariamo che la cattolica Chiesa e la santa apostolica Sede turbata dall'armi dell'inferno, agitate da una crudele tempesta, provocate dagli sforzi di figliuoli empi non ebbe giammai migliore schermo e presidio, che quello d'aver ricorso alla protezione di nostra Donna, di salutarla con qualche nuovo titolo, d'invocare la sua clemenza, di raccomandare se stessi e le cose loro a Lei con pietoso affetto. Ed infatti se il pessimo e audacissimo Nestorio non lasciò mezzo intentato per togliere alla Regina dei Vergini l'esimio decoro di vera Madre di Dio; i romani Pontefici, e i Vescovi tutti della Chiesa Cattolica aprironsi la via al conquisto d'un pieno trionfo, pubblicato il decreto, che da tutti i Cristiani fosse sempre e da per tutto invocata in pubblico ed in privato come vera Madre del divin Salvatore. E già fatto questo, la gran famiglia di G. C. racquistò la sospirata pace, il cielo ingombro di dense nubi ritornò alla primiera serenità, tacque la procella, e le orribili voci de' nemici della Croce furono condannate ad un perpetuo silenzio. Se volgendo il secolo sestodecimo della Chiesa, la divina religione sofferse gravissimi danni pegli sforzi e pei temerari ardimenti de' Turchi ed altri somiglianti a questi; l'egregio Pontefice Pio V di questo nome colse abbondantissimo frutto e dalle sue e dalle pubbliche preghiere, intimate solennissime processioni in onor della beata Vergine Maria invocata sotto il titolo glorioso di *Regina delle Vittorie*, e promossa la divota preghiera del Ss. Rosario, che ora è estesa per ogni parte. Se al cominciar di questo secolo decimonono pei maneggi de' nemici della fede il Papa Pio VII discacciato dalla romana sua Sede dovette per cinque anni ed oltre viver esule da Roma, soffrire innumerevoli travagli ed esporsi a moltissimi pericoli; forse che non è vero che

Digitized by Google

plurima subire pericula; nonne nobis videntibus ac prae gaudio gestientibus, Apostolicae Sedi restitutus fuit simul ut Roma digressus, per Ligures fines viator, ac Savonae receptus tempora redimivit Virginis immaculatae, eamque praecepit ab omnibus laudari ac praedicari sub titulo *Auxilii christianorum?* Signatam itaque ac praefinitam, Pie sanctissime, ingredere viam, uberrima ac certissima ex eo quo flagras in Virginem affectu ferventissimo, palmas, serta, praemia relaturus. Totus, qua late patet, christianus orbis, nil vehementius cupit quam ut videat auroram surgere diei nuntiam, qua apostolico oraculo decretum es prolaturus, ex quo pateat privilegium immaculati conceptus, nulli prorsus a D. O. M. antea concessum, nec posthac concedendum, ea vigere certitudine, firmitate, evidentia, ut gravissimam catholicae fidei irroget injuriam, seque a christiano grege sejungat qui hoc Virginis privilegium vel audacter neget, vel in dubium revocet. Hoc facile colligitur, tum ex invictissimis theologicis argumentis, quae hanc confirmant veritatem; tum ex Patrum ac Doctorum testimoniis, quae rem totam sic illustrant, ut de opposito dubitare non sinant; tum demum ex universali, constanti, perpetua Ecclesiae consensione in hoc tam magnifico ac specioso tuendo privilegio. Jussus aliqua scribere Tarvisinae Ecclesiae meae nomine, paucis id faciam; eo vel maxime quod mihi compertum est Romanam cathedram ea praestare et excellere coelesti sapientia, ut rem aggrediatur prorsus supervacaneam et inutilem, qui ad supremum scripturus fidei Magistrum, multa miscere non dubitet Romae plane nota, minusque necessaria.

Locuturus pro munere pastorali de mundissimo Virginis Mariae conceptu, in quo plurima occurrunt intellectu difficilia, ad altissimam theologiam spectantia, accurateque prius definienda, ne qua surgat ambiguitas; necessarium esse existimo ea quae sequuntur praemittere, ex operibus deprompta Sanctissimi Benedicti XIV his verbis expressa. »Conceptio (ait laudatissimus Auctor »in opere suo de festis D. N. J. C. ac B. M. V. cap. 15) Con»ceptio, inquam, dupliciter accipi potest; vel enim est *activa*

Digitized by Google

295

sotto gli occhi nostri, ed in mezzo alla pubblica gioia, fu restituito alla sua apostolica Sede, non appena partito da Roma, viaggiatore pe' i Liguri confini, e ricevuto in Savona cinse le tempie della Vergine immacolata e volle che fosse da tutti lodata e celebrata sotto il titolo di *AJUTO DEI CRISTIANI?* Che s'ella è così, entrate dunque, o Santissimo Pio, nella via segnatavi dal Cielo, colla sicurezza di riportare palme, serti, e premii dall'amor eccentissimo onde Voi ardete per la Vergine. Tutto il mondo cristiano, quanto ampiamente si stende, niun'altra cosa brama con maggior calore quanto di veder sorgere l'aurora messaggiera del giorno faustissimo, in cui schiudendo la bocca all'apostolico Oracolo, siete per proferire il decreto, da cui hassi a conoscere che il privilegio d'un concepimento immacolato non mai concesso a veruno da Dio O. M. nè da concedersi in seguito, è accompagnato da tale certezza, stabilità, evidenza, che farebbe torto gravissimo alla fede cattolica, e si separerebbe dalla cristiana greggia chi o negasse audacemente, o ponesse in dubbio tale privilegio della Vergine. Questo di leggieri si raccoglie, sì dagli invincibili teologici argomenti che confermano questa verità; sì dalle testimonianze luminose de' Padri e Dottori, che illustrano la cosa per sì fatta maniera, che non lasciano dubitar dell'opposto; sì finalmente dall'universale, costante, perpetuo consenso della Chiesa nel difender questo specioso e magnifico privilegio. Onorato siccome sono dall'apostolico comando di scrivere alcune cose su questo punto in nome della mia Chiesa trevigiana, farollo con poche parole: tanto più quanto io so di certo che la romana Cattedra distinguesi per tale celeste sapienza, che imprenderebbe un lavoro soverchio ed inutile chi scrivendo al Supremo Maestro della fede, non dubitasse di mescervi per entro molte cose notissime a Roma e certo meno necessarie.

Dovendo io parlare, siccome esige il mio pastorale ufficio, del purissimo concepimento della gran Madre Maria, in cui ricorrono assai cose difficili ad intendersi, appartenenti alla più alta teologia, e degne d'esser prima accuratamente definite, acciocchè non insorga veruna dubbiezza; giudico necessario di premettere ciò che ricavasi dalle opere del sapientissimo Papa Benedetto XIV espresse colle seguenti parole: »La Concezione (dice l'autor lodatissimo nella sua opera sulle feste di N. S. e della B. V. M. cap. 15.) » la Concezione, io dico, può essere presa sotto doppio aspetto e » in duplice maniera: perocchè o essa è *attiva* nella quale i santi

Digitized by Google

» in qua Sancti beatae Virginis parentes opere maritali invicem » convenientes praestiterunt ea, quae maxime spectabant ad ipsius » corporis formationem, organizationem et dispositionem ad reci- » piendam animam rationalem a Deo infundendam; vel est *passiva* » cum rationalis anima cum corpore copulatur. Ipsa enim infusio » et unio cum corpore debite organizato vulgo nominatur *con-* » *ceptio passiva*, quae scilicet fit illo ipso instanti, quo rationalis » anima corpori omnibus membris ac suis organis constanti unitur.» (ita laudatus auctor loco supracitato). Omissa itaque conceptione *activa*, de qua locuturi non sumus, debitis efferemus laudibus *conceptionem passivam*, atque per totam orationem demonstrabimus hanc fuisse sanctificantis gratiae privilegio adeo puram et immaculatam, ut non modo hominum, sed etiam angelorum candorem et munditiam superet.

Qui firmissima considerat ac plane invicta argumenta, quibus divinarum rerum scriptores undeviginti abhinc saeculis speciosum propugnant privilegium immaculati passivi Conceptus, quo Beata Virgo Maria ab Augustissima Trinitate exemplo prorsus novo fuit nobilitata; is fateatur oportet immunitatem ejus a quacumque labe iis niti fundamentis, quae a nemine vere docto ac sano in fide oppugnari possint. Hoc porro quam verum sit, felix saepiusque repetita me docuit experientia. Cum enim jam inde ab anno 1830 id consilii cepissem ut quotannis e suggestu Basilicae cathedralis multis adstantibus Tarvisinis, pro modulo ingenii mei, aliqua dicerem variata semper quo ad locutionem, imagines, figuras, solis retentis rebus ac sententiis, quae ad Virgineae conceptionis decus ac gloriam amplificandam conferant, ex scripturis, Patribus, Doctoribus petita; facile sensi omnino fieri non posse ut qui veteres ac doctissimos versarit libros de hac disputantes materia, animumque attulerit ab omni partium studio vacuum et plane remotum in hoc proferendo judicio, piam non amplectatur, teneat, probetque sententiam. Et sane cui persuasum esse potest Verbum Patris humanum corpus induturum, matrem sibi eligere voluisse, turpissima

Digitized by Google

» Genitori della B. V., cooperando scambievolmente all'opera mari-
» tale fecero tutto quello che principalmente risguardava la forma-
» zione del corpo di essa, l'organizzazione e la disposizione a ricever
» l'anima ragionevole che dovevasi infonder da Dio; ovvero è *pas-*
» *siva*, ed ha luogo allora che l'anima ragionevole si unisce col
» corpo. Imperocchè la stessa infusione ed unione col corpo debi-
» tamente organizzato volgarmente si nomina concezione *passiva*,
» la quale appunto succede in quello stesso istante, in cui l'anima
» ragionevole si unisce al corpo composto di tutte le membra e de'
» suoi organi.» (Così scrive il lodato autore nel luogo sovra citato). Tralasciata dunque la concezione *attiva*, della quale noi non abbiamo a parlare, occupiamoci ad esaltar colle lodi dovute la concezione *passiva*; e per tutto il nostro discorso dimostreremo essere stata questa per privilegio della grazia santificante tanto pura ed immacolata che non solo avanza il candore e la mondezza degli uomini, ma eziandio quella stessa degli angeli.

E già chi attentamente considera i fermissimi ed invincibili argomenti co' quali gli scrittori delle divine cose da diciannove secoli difendono lo specioso privilegio d'una immacolata concezione *passiva*, con cui la beata Vergine Maria fu nobilitata dall'augustissima Trinità con esempio affatto nuovo; questi conviene che confessi che la immunità di Lei da qualunque macchia, appoggiasi a tali fondamenti che non possono essere combattuti da veruno veramente dotto e sano nella fede. Questa verità poi quanto sia certa ed indubitata me lo disse una felice e più volte ripetuta sperienza. Imperocchè avendo io fino dall'anno 1830 presa deliberazione di dir ogn'anno dal pergamo della Basilica Cattedrale, presenti molti de' miei Trivigiani, secondo la misura del povero mio ingegno, alcune cose sempre variate per quanto appartiene alla locuzione, alle immagini, alle figure, ritenute le sole cose e le sentenze che servono a rilevar il merito e ad amplificar la gloria del verginale concepimento, e queste cavate dalle Scritture, dai Padri, e dai Dottori, di leggeri mi accorsi, non poter al tutto avvenire, che quegli che abbia svolti gli antichi e dottissimi libri, che trattano di questa materia, e vi abbia recato un animo intieramente vuoto e sgombro da ogni amore di parte nel proferire questo giudizio, non abbracci, non apprezzi, non approvi la pia sentenza. Ed infatti chi può persuadersi che il Verbo del Padre prossimo a vestire un corpo umano,

Digitized by Google

peccati macula sordidatam et pollutam, cum pro libito suo sanctam, innoxiam, purissimam ad id muneris designare potuisset? Nonne, hac semel admissa hypothesi, dedecus et ignominia matris in Filium procul dubio redundasset, ex foemina genitum jam Deo invisa, peccato obnoxia, diabolo subdita? Id si fecisset Unigenitus Patris, jure ac merito dici potuisset hoc ideo factum fuisse quod vel minime posset, vel certe nollet matrem a communi jactura miserrimoque casu immunem servare. Atqui si hoc egisset ex defectu potestatis, jam Deus omnipotens amplius non esset, qui *omnia quaecumque voluit, fecit in coelo et in terra.* (Ps. 134. v. 6.) Sin autem ex defectu amoris et voluntatis matri benemerentissimae privilegium negasset ipsi plane debitum (*), verum non esset ipsum Mariam ea prosequi dilectione ut affirmari queat *regem eam adamasse super omnes mulieres* (Esther. 2.), *multasque filias congregasse divitias, sed ipsam supergressam fuisse universas.* (Prov. 31. v. 29.) Ergo si absona, si absurda, si indigna, Deo injuriosa evitare volumus, piae debemus adhaerere sententiae, ingeniosissimi ac subtilis Doctoris vestigia sequi, atque ex praemissis unum hoc consequens deducere: *Potuit, decuit, ergo fecit.* Ubi enim vel quando reperiri potest artifex sapientissimus, qui aedem a fundamentis excitaturus non aliis, sed sibi uni paratam, eam construat contra praescriptum architectonicae legis ubi coeli aspectus, aer, agri, fructus, tellus offerunt sensibus spectaculum horridum visu, ubi hostis ejus infensissimus per aliquod temporis spatium fixerat domicilium? Haec hypothesis rectae adeo repugnat rationi, ut ad eam funditus evertendam sola sufficiat divinarum Scripturarum doctrina: *Sapientia aedificavit sibi domum.* (Prov. 9. v. 1.) Si auctor et inventor mysticae hujus domus, Deus sapientissimus est a Patre genitus sibi cooequalis ac coaeternus in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum (Psalm. 109.); facile patet nullum in hac aedificatione locum habere potuisse, quod divinam dedeceat dignitatem Matris Dei. Jam vero si nulli

****

(*) *Debitum non ex stricta justitia, sed ex congruentia ob officii dignitatem.*

Digitized by Google

abbia voluto scegliersi una Madre contaminata dalla turpissima macchia del peccato, quando a piacer suo poteva eleggere a tanto officio una che fosse santa, innocente, purissima? Non è forse vero che ammessa una volta questa ipotesi, il disonore e l'ignominia della Madre sarebbe certamente ridondata a danno del figliuolo, generato da una donna che già fosse stata odiosa a Dio, suggetta al peccato, suddita del demonio? Ora se l'Unigenito del Padre avesse ciò fatto, a buona ragione si avrebbe potuto dire che ciò fosse avvenuto per questo, ch'egli o al tutto non potesse, o certamente non volesse preservar immune la sua Madre dalla comune perdita e dal miserando caso. Ora s'egli avesse ciò fatto per difetto di potere, già non sarebbe più egli quel Dio onnipotente, che *fece tutto quello che vuole in cielo ed in terra:* (Ps. 134 v. 6.) Che se poi per difetto di amore e di propenso volere avesse negato alla benemerita sua Madre un privilegio ad essa pienamente dovuto; non sarebbe più vero che egli ami Maria con sì forte dilezione che affermare si possa *aver il re amata questa donzella sopra tutte le donne,* (Ester 2.); *essere state molte le figliuole che radunarono copiose dovizie, ma godere ella il vanto di averle tutte superate.* (Prov. 31. v. 29.) Il perchè se ci cale di schivare le asserzioni assurde, disordinate, indegne, ingiuriose a Dio, dobbiamo attenerci alla pia sentenza e seguir l'orme di quell'ingegnosissimo e sottilissimo Dottore, e dalle premesse dedurne quest'unico conseguente: *ch'egli potè eleggersi una Madre immacolata; che ciò conveniva alla dignità di Lui; che dunque lo ha fatto.* Imperocchè dove o quando mai si è potuto trovare un artefice sapientissimo, il quale inteso ad innalzare da' fondamenti una casa, non già serbata per altri, ma eretta per lui solo, la costruisca contro i dettami delle leggi architettoniche, o là dove l'aspetto del Cielo, l'aria, i prodotti, il terreno offrono ai sensi uno spettacolo orribile a vedersi; o là dove un giurato nemico di lui per qualche tratto di tempo avea fissato il suo domicilio? Or questa ipotesi cotanto ripugna alla retta ragione che a rovesciarla interamente basta la sola dottrina delle divine scritture: *la Sapienza fabbricò a se una casa.* (Prov. 9. v. 1.) Che se l'autore e ritrovatore di questo mistico edificio è un Dio sapientissimo, generato dal Padre a se pienamente eguale e coeterno, negli splendori dei Santi, uscito dall'utero di lui prima del comparir d'ogni aurora e di sole; di leggieri si vede non aver potuto esservi in questa

Digitized by Google

hospiti extraneo, sed sibi soli magnificam hanc domum Verbum Dei paravit; hoc certe consequitur nihil in ipsa relictum fuisse, quod tam excelsae majestatis oculos offenderet. Et re quidem vera si Dei filius salutifera Incarnatione sua eo dumtaxat spectavit, ut *liberati a peccato, servi autem facti Deo, habeamus fructum nostrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam* (ad Rom. 6. v. 22.); ex praemissis antecedentibus illud sua sponte fluit, ut victo daemone, inferorum carcere expugnato, ac peccati macula sic pulsa, ut nec esset, nec appareret, anima innocentissima Virginis Mariae vel in ipso instanti primo conceptionis suae a quacumque labe culpae adeo immunis esset, ut pariter ex hoc capite Isaiae verbis dici posset: *Et ecce hic omnis fructus ut auferatur peccatum.* (Isai. 21.) Si aeterni Patris Filius secus fecisset, nonne angelum tenebrarum audivisset sibi exprobrantem et dicentem vel ipsam matrem suam in primo vitae suae exordio sub ejus durissima captivitate ingemuisse, invisam fuisse Deo, ac jus amisisse ad coelorum regnum consequendum? Cum autem res sic se haberet, elapso ab orbe condito saeculo quadragesimo, atque adventante die, quo stella matutina in medio nebulae praecessura erat justitiae solem orientem; hic ea emissa voce, quae confringit cedros, et commovet desertum Cades, visus fuit ex sede gloriae suae hanc vocem proferre: *Opus grande est: neque enim homini praeparatur habitatio, sed Deo.* (I. Paral. 29.) Ad spiritum ergo tenebrarum convertens sermonem ait: *Non dimisit te Deus, ut noceres.* (Gen. 31.) Ad Virginem autem sibi prae ceteris omnibus dilectam verba faciens, auditus fuit dixisse: *Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus haec lex* (paternae contrahendae maculae) *constituta est.* (Esth. 15.) Hisce prolatis verbis, omnia quaecumque fecit dixitque, eo dumtaxat spectabant ut ostenderent sanctissimam Joachim et Annae filiam Augustae Trinitati in deliciis esse, eamque immaculati conceptus munere sic esse exornandam, ut altera foemina ei similis neque antea visa unquam fuerit, nec posthac sit videnda. Jamque mihi videor omnipotentis Domini audire vocem dicentis:

Digitized by Google

fabbrica cosa tuttochè menoma, la quale sconvenga alla eccelsa dignità di Madre d'un Dio. Inoltre se il Verbo di Dio fabbricò questa abitazione non per verun ospite straniero, ma per se solo; certamente ne consegue questo, che in essa niuna cosa siasi lasciata, che potesse offendere gli occhi d'una così sublime maestà. Ed infatti se il Figliuolo di Dio colla salutifera sua Incarnazione mirò unicamente a questo scopo, che noi *liberati dal peccato, divenuti servidori di Dio, abbiamo il nostro frutto nella santificazione dell'anima ed ultimo nostro fine la vita eterna*; (ad Rom. 6. v. 22.) dai premessi antecedenti spontaneamente ne discende la necessaria conseguenza, che vinto il demonio, espugnata l'infernal prigione ed efficacemente impedita la trasfusione della macchia dell'originale peccato, sì che nè ci fosse, nè ve ne avesse la più lieve traccia; l'anima santissima e innocentissima della gran Vergine Maria fino dallo stesso primo istante della sua Concezione, andasse da qualunque bruttura di colpa cotanto scevra, che parimenti per questo capo dir si potesse colle parole d'Isaia: *ed ecco che tutto il frutto è quest'uno, che sia tolto il peccato.* (Isaia 21.) Se il Figliuolo dell'eterno Padre avesse fatto altrimenti, non avrebbe forse sentito l'angelo delle tenebre che gli rimproverasse e dicesse, che anche la stessa sua Madre nel primo istante della vita gemette sotto la cattività durissima di Lui; ch'ella fu odiosa a Dio; che perdette il diritto al conquisto del regno celeste? Or mentre che la cosa così si stava, compiuto dalla creazione del mondo il secolo quarantesimo, e avvicinandosi quel gran dì, in cui *la stella mattutina in mezzo alla nebbia* era per precedere il Sole oriente di giustizia; questi mandata fuori quella voce che abbatte i cedri e commuove il deserto di Cades, fu udito dalla sede della sua gloria proferir questa voce: *grande ed eccelsa si è quest'opera, perocchè non si prepara l'abitazione ad un uomo, ma sì a Dio.* (I. Par. 29.) Allo spirito delle tenebre dunque rivolgendo il discorso, gli disse: *non ti licenziò Iddio, perchè tu nuocessi.* (Gen. 31.) E alla Vergine poi cara a lui a preferenza d'ogni altra indirizzando le parole, fu udito ripetere: *No non morrai: perocchè non già per te, ma per tutti gli altri fu stabilita la legge* (di dover contrarre la macchia paterna). (Est. 15.) Pronunciate queste parole, tutte le cose che fece e disse il Figlio di Dio non erano che indiritte a mostrare che la santissima Figlia di Gioachimo ed Anna era la

Digitized by Google

Omnem, o Virgo purissima, pelle metum, animum sume quolibet conflictu majorem; novum tibi pollicere triumphum: quippe cum etsi ab Adam progenita fueris, paternae referes imaginem naturae, non culpae. Murmuret infernus hostis, saeviatque quantum ipsi placuerit: ipse tibi adsum pugnanti, ne vel minimum patiaris detrimentum. Hoc equidem scio, quod *adolescentularum non est numerus: sed una est columba mea, perfecta mea.* (Can. 6.) Te unam ex omnibus creatis tum existentibus, tum possibilibus elegi ut Dei Matris munere fungereris, quod *tota pulchra es, et macula non est in te.* (Cant. 4. v. 7.) Angelicos audi spiritus dulcisono concinentes carmine: *Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* (Cant. 6. v. 9.) Eam hodie jubeo promissionem impleri in ipso factam exordio mundi, cum ad serpentem malorum omnium auctorem loquens dixi: *Inimicitias ponam inter te et mulierem, inter semem tuum, et semen illius. Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* (Gen. 3. v. 16.) Haec cum ita se habeant, quemadmodum ex sacris litteris colligimus, immaculatae gratulemur Virgini, quae divino protecta ac roborata brachio, una potuit paternae culpae venenum effugere, novaque et insigni victoria nobilitari.

Hoc certe manet alta mente repostum, quod dum adhuc in theologorum scholis magna animorum contentione disputabatur hic pro stabiliendo ac confirmando, illic pro negando ac rejiciendo privilegio immaculati *passivi* conceptus, doctores non defuerunt qui scriberent duas easque gravissimas esse difficultates, quae hominem recte sentientem deterrere debent ne affirmanti sententiae patrocinetur; quarum altera sumitur ex doctrina Pauli apostoli scribentis ad Chorintios: *In Adam omnes moriuntur* (I. Cor. 15. v. 22.) altera

Digitized by Google

delizia dell'augustissima Trinità, e che perciò ella doveva essere fregiata del dono di un immacolato concepimento, perchè altra donna simile a Lei nè mai fosse stata veduta in addietro, nè appresso dovesse vedersi mai più. E già mi figuro d'udir la voce dell'onnipotente Signore, che così si esprimesse: sgombra o Verginella purissima, ogni timore; rivesti un coraggio maggior di qualsisia conflitto; ti prometti un trionfo al tutto nuovo; conciossiacchè quantunque tu sii generata da Adamo, riporterai la immagine della natura, ma non mai della colpa paterna. Mormori e frema quanto più sa l'infernale nemico: io stesso ti sorreggerò nella pugna, perchè non abbi mai a riportare il più leggiero detrimento. So ben *io essere infinito il numero delle verginelle: ma so altresì esser una la mia colomba, la mia perfetta.* (Can. 6) Per questo fra tutte le cose create esistenti e possibili io ti trascelsi perchè sostenessi l'officio di Madre di Dio, perchè tu *se' tutta bella, e macchia alcuna non havvi in te.* (Cant. 4. v. 7.) Fa di ascoltare gli Angelici spiriti che con dolcissimo carme pubblicano per ogni dove: *che tu se' bella come la luna, eletta come il Sole, terribile come una schiera ordinata in battaglia.* (Cant. 6. v. 9.) Questo questo è il giorno in cui voglio avverata la promessa che feci nel primo esordio del mondo, quando in atto di parlare al Serpente autore di tutti i mali ho detto: *porrò irreconciliabile inimicizia fra te e la donna, fra la tua discendenza e quella di Lei: Ella schiaccierà il tuo capo, e tu tenderai inutili insidie al suo calcagno.* (Gen. 3. v. 15.) Or correndo le cose in questa maniera, siccome possiamo giustamente conghietturando raccorre e dedurre dalle sacre lettere, congratuliamoci coll'eletta Vergine che protetta e avvalorata dal braccio divino fu la sola a poter isfuggire il veleno della colpa paterna e a nobilitare se medesima con insigne vittoria.

Questo certamente fia sculto e altamente impresso nella fedele memoria, che mentre ancora nelle scuole de' teologi con grande agitazione degli animi disputavasi quivi per istabilire e confermare; colà per negare e rigettare il privilegio d'una immacolata concezione *passiva*, non mancarono Dottori i quali scrivessero esser due e gravissime le difficoltà che debbono consigliare un uomo che pensi rettamente, a non proteggere la sentenza affermativa; delle quali difficoltà la prima si desume dalla dottrina di Paolo apostolo mentre scriveva a que' di Corinto: *In Adamo tutti muojono* (I. Cor. 15. v. 22.);

Digitized by Google

vero ex theologorum placitis colligitur docentibus ne unum quidem esse ex Adae filiis qui divino Redemptori Christo Jesu propriam non referat acceptam gratiam, reparationem, salutem. Ast ex iis quas modo exposui difficultatibus, quid inde sequitur? Si Paulus Apostolus generali amplissimaque usus propositione merito affirmavit adeo mortiferum esse venenum quod paterna culpa in universos ejus transfudit filios, ut omnes, nemine excepto, durissimam oppetant mortem; quis est in litteris sacris tam rudis ac parum exercitatus, qui ignoret tum paullo ante memoratam, tum alias plures conclusiones in divinis voluminibus contineri, quae juxta verborum sonum universales videntur, ita tamen ut aliquam admittant restrictionem? Lex est omnibus Hevae filiabus imposita, ut virginalis amittant decus integritatis, quae maritali junctae foedere maternam adeptae fuerint foecunditatem. Hac tamen lege nihil obstante, Virgo Deipara speciosissimum orbi universo exhibuit in se restrictionis exemplum, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Lex universalis est, ut nulla sit ex foeminis conjugatis quae praefinito tempore progenitam non effundat prolem sine doloribus acerbissimis: quod longe secus factum est in Virgine benedicta, quae in specu Bethlemitico suum edidit Unigenitum non modo nullo affecta angustiae sensu, verum etiam cum gaudio et jucunditate. Lex universalis est ut Adae filii serius ocius humanae exhibeant exempla infirmitatis, aliquo saltem levissimo peccato admisso: quod nunquam accidit in Maria semper purissima, Deoque accepta. Lex universalis est ut quisquis hanc lucem aspexerit, mortis imperio, sepulcri legibus, corruptionis detrimentis subjaceat: quod in divina Matre nullum habuit locum, quippe cum triduo ab exitu suo absoluto, victrix resurrexerit ex tumulo, vitam incaeperit nunquam desituram, atque ad beatorum sedem tum anima, tum corpore praedita, plaudentibus angelis, ascenderit.

Quod si lex generalis a Paulo apostolo commemorata, perspicuisque praescribens verbis omnes filios ab Adam progenitos teterrimam in ipso vitae exordio oppetere mortem, divinam amit-

Digitized by Google

la seconda poi raccogliesi dalle dottrine dei teologi che insegnano non vi aver pur uno fra i figliuoli di Adamo, il quale non debba ascrivere a merito del Divin Redentore G. C. la grazia, di cui venne arricchito, la redenzione, la salute. Se non che qual conseguenza poi ricavasi dalle difficoltà or ora espresse? Se Paolo apostolo valendosi d' una generale ed amplissima proposizione, affermò a buon diritto esser tanto micidiale il veleno che la colpa del padre trasferì in tutti quanti sono i suoi figliuoli, cotalchè tutti, non eccettuatone pur uno, soggiacciano a crudelissima morte nello spirito; chi vi ha così rozzo nella cognizione dei divini volumi delle sacre lettere, e tanto poco esercitato nelle teologiche discipline, il quale ignori che la mentovata e tante altre conchiusioni sono contenute ne' libri scritturali, le quali considerate secondo il suono materiale delle parole sembrano universali, sì per altro che ammettono qualche restrizione? In grazia di esempio ella è legge imposta a tutte le figliuole di Eva, che perdano il bel decoro della verginale interezza, allorchè legate a marito abbiano conseguita la materna fecondità. Pure nulla ostante questa legge, la gran Madre di Dio offerse in se stessa uno speciosissimo esempio di eccezione, allorchè fu veduta conciliare l' allegrezza di Madre coll' onore di una perpetua virginità. È legge universale che nessuna fra le donne maritate abbia nel tempo stabilito a dar in luce la prole senza risentire acerbissimi dolori: lo che avvenne ben diversamente nella Vergine benedetta, che nella spelonca di Betlemme partorì il suo Unigenito non solo senza verun senso di angustia, ma ben anco con gaudio e giocondità. È legge universale che tutti i figliuoli di Adamo, o più presto, o più tardi, presentino esempli della umana debolezza col commettere qualche peccato, tuttochè leggerissimo: lo che non avvenne mai in Maria, che si mantenne sempre purissima ed accetta al suo Signore. È legge universale che chiunque ha veduto questa luce, debba al tutto soggiacere all' impero della morte, alle leggi del sepolcro, agli scapiti della corruzione; la qual cosa non ebbe mai luogo nella divina Madre, che compiuto un solo triduo dalla sua morte risuscitò vincitrice dalla tomba, cominciò una vita da non finirsi mai più, e poggiò in anima e in corpo alla sede de' beati fra i plausi di tutto l' universo.

Che se la legge generale rammentata dall' apostolo Paolo e che prescrive con parole chiarissime che tutt' i figliuoli generati da Adamo fino dal principio della loro vita soggiacciano a terribilissima

Digitized by Google

tere gratiam, coelestibus sic privari privilegiis, ut omnes, nemine excepto, nascantur filii irae, filii poenae, filii gehennae; minime obstare potuit quominus Beata Virgo specioso ditata privilegio a communi exciperetur calamitate, quemadmodum hactenus demonstravimus; nihil pariter obstitit ut felicissimum statum suum Unigenito Filio Dei dumtaxat acceptum referret. Duae enim a Theologis numerantur redemptionis species, quarum altera posita est in eo relevando erigendoque, adhibito praesidio invicti brachii sui, qui ex humanae naturae conditione ceciderat; altera vero in confirmando ac sustinendo qui sibi relictus, certissime lapsus foret, nisi manus potentis illum adjuvisset. Tantum ergo abest ut Virgo Deipara eximio ditata privilegio immaculati conceptus, divino nihil debeat Filio suo Jesu Christo, prout nonnulli ex Doctoribus negantem sententiam propugnantibus minus vere ac recte affirmarunt; ut potius quidquid est, quidquid habet, quidquid fuit assecuta, uni se debere cognoscat Redemptori generis nostri, qui eam constituit creatarum rerum primogenitam ac trophaeum reparationis jam peractae: ita ut grati animi ergo ipsa dicere posset verbis David: *Venite, audite omnes qui timetis Deum, quanta fecit animae meae.* (Ps. 65. v. 16.); ac vocibus Judith merito exclamaret: *Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.* (Judith 13.)

Cum vero ulterius in dicendo progredior, tacitusque considero prodigia prope innumera, quae manus Excelsi pro conditione ac varietate temporum operata est, ut signis veritatem confirmaret privilegii conceptus immaculati, quo purissimam ditavit Matrem suam; animo sic afficior ut de opposito dubitare nullatenus possim. Nam si verum est ea omnia, quae naturae vires excedunt, divinae dexterae, non hominum ingenio, voluntati ac studio esse adscribenda; neque unquam fieri posse ut D. O. M. qui auctor ac fons est veritatis, falsum aliquid, erroneum, rejiciendum, editis miraculis testetur: facile patet speciosum privilegium conceptus immaculati, cujus gratia aeterno placuit Numini plurima miracula operari, adeo

Digitized by Google

morte, perdano la grazia, sieno privati de' privilegi celesti così che tutti, niuno eccettuato, nascano figliuoli d'ira, figliuoli di pena, figliuoli degni delle fiamme infernali, non potè frapporre ostacolo perchè la B. V. arricchita d'uno specioso privilegio fosse eccettuata dalla comune sciagura, siccome fin qui abbiam dimostrato; niente pure si frappose perch'Ella potesse ascrivere il felicissimo suo stato unicamente all'Unigenito Figlio di Dio. Imperocchè due sono le specie di redenzione annoverate dai teologi, la prima delle quali è posta nel rialzare col presidio dell'invitto suo braccio quello che per condizione dell'umana natura era caduto; l'altra poi si spiega nel confermare e sostenere quello che abbandonato a se stesso, se la mano d'un potente soccorritore non lo avesse aiutato, sarebbe certissimamente caduto. Tanto dunque è lontano che la gran Madre di Dio, arricchita dell'esimio privilegio d'un concepimento immacolato, nulla debba al divin suo figlio G. C., siccome affermarono men veramente alcuni dottori che sostenevano in passato la sentenza negativa; che piuttosto quanto ha Maria, quanto Ella è, quanto giunse a conseguire, conosce di doverlo al solo Redentore della nostra schiatta, che La stabilì primogenita fra le creature, e glorioso trofeo della compiuta riparazione: cotalchè in argomento d'animo grato può ripetere colle parole di Davide: *Venite, ascoltate e narrerò a voi quanti siete, che temete il Signore, quanti beni egli ha fatto all' anima mia.* (Psal. 65. v. 16.). E Maria cotanto privilegiata colle voci di Giuditta meritamente esclama: *No che il Signore Dio non permise che fossi macchiata io che ho l'onore d'esser sua ancella.* (Jud. 13.)

Allora poi che più oltre m'avanzo nel mio dire, e in silenzio considero gl'infiniti prodigii che la mano dell'Eccelso operò secondo la varietà e la condizione de' tempi, per suggellare co' miracoli la verità del privilegio a Maria conferito d'una immacolata concezione; rimango per così fatto modo penetrato nell'animo che a niun patto posso dubitar dell'opposto. Imperciocchè s'è vero che tutte quelle cose che superano le forze della natura, voglionsi ascrivere alla destra divina, non all'ingegno, alla volontà, agli sforzi degli uomini; e che non può mai avvenire che D. O. M., ch'è l'autor e il fonte della verità, voglia attestare coll'operazione de' miracoli una cosa che sia falsa, erronea, degna d'essere rigettata: di leggieri si scopre che lo specioso privilegio d'un concepimento immaco-

Digitized by Google

certum esse, ut nefas sit de ejus veritate dubitare. Et sane quod mare non novit, quae ignorat remotissima tellus vere mira et inusitata, quae Deus omnipotens jam inde ab anno 1830 Lutetiae Parisiorum gessit, orbe universo stupente tunc cum ministerio usus Virginis nescio cujus probatissimae, quae suum voluit latere nomen, adhibitaque parva icone ex aurichalco confecta, divinae Matris sacra conceptui, quemadmodum ex inscriptione colligere licuit omnium oculis subjecta, atque ex collo suspendenda, non modo innumeros aegros, caecos, claudos, debiles, febri laborantes pristinae restituit sanitati, verum etiam (quod longe mirabilius est) plurimos qui vel Christum non noverant, vel a catholica defecerant religione, ad aeternae salutis semitam amplectendam, sequendamque vocavit? Hoc grati animi ergo commemoro ut futuris constet saeculis quantum divinae Gratiae atque immaculatae debeas Conceptioni Virginis Mariae, o Alphonse Ratisbona, qui vertente mense Januario anni 1842 Judaica superstitione relicta, christianae catholicae familiae nomen dedisti, salutiferi fontis undas exoptasti, Salvatoris Crucem amplexus es, atque ad meliora sic repente fuisti conversus, ut cunctis fores stimulo, incitamento et exemplo. Haec cum ita se habeant, quis ultro non fatebitur verum esse, certissimum, coeleste, divinum privilegium quo matrem exornavit suam Jesus Christus, cum ad ejus confirmationem tot ac tanta patrata fuerint miracula? Quis reperiri potest adeo rudis atque veritatis infensus hostis, qui sibi possit persuadere D. O. M. totius sanctitatis fontem, errori ac fallaciae patrocinari, innumeris editis miraculis? Atqui hoc fidei catholicae adeo repugnat, ut nihil supra. Ergo privilegium immaculati conceptus, ad cujus ostensionem edita sunt prodigia, evidentissima viget certitudine, ut a nemine sanae mentis negari possit, vel in dubium revocari.

Digitized by Google

307

lato, in grazia del quale piacque all'eterno Iddio di operare moltissimi miracoli, è cotanto certo, che non è permesso dubitare della verità del medesimo. Ed infatti qual mare non conosce, quale rimotissima terra ignora le opere veramente maravigliose e inusitate che l'onnipotente Iddio operò fino dall'anno 1830 nella città di Parigi in mezzo agli stupori di tutto il mondo; allorquando servitosi del ministero d'una verginella di approvatissima vita, che volle taciuto il suo nome; e adoperata a quest'uso una piccola immagine formata d'oricalco, sagra al concepimento della divina Madre, come si potè raccogliere dall'incisa inscrizione, esposta agli occhi di tutti, e da portarsi sospesa al collo; non solo restituì alla primiera sanità innumerevoli infermi, ciechi, zoppi, storpiati, deboli, febbricitanti; ma ben anco (e questo val più di tutto) richiamò moltissimi ad abbracciare e seguire il sentiero dell'eterna salute, moltissimi, ripiglio, che o non aveano mai conosciuto G. C., od aveano coll'apostasia abbandonata la cattolica Religione? Rammento questo come segnale di grato animo, acciocchè consti ai secoli che verranno, di quanto tu sia debitore alla grazia Divina, e all'immacolata concezione della Vergine, o Alfonso Ratisbonna, il quale volgendo il mese di gennajo dell'anno 1842, abbandonata la giudaica superstizione, desti il tuo nome alla cattolica famiglia, desiderasti le acque salutari del fonte battesimale, abbracciasti la Croce di Cristo, e così d'improvviso ti conducesti a bramar e voler ciò ch'è migliore, chè ti rendesti a tutti suggetto di meraviglia, di eccitamento, di stimolo, di buon esempio. Ciò essendo, chi non confesserà spontaneamente esser vero, certissimo, divino il privilegio, di che G. C. arricchì la divina sua Madre, quando a confermazione del medesimo tanti e sì grandi miracoli furono operati? Chi può trovarsi tanto rozzo e nemico della verità, il quale si possa persuadere che D. O. M. fonte d'ogni santità protegga l'errore e la bugia coll'operazione d'innumerevoli miracoli? Ma ciò tanto ripugna alla cattolica fede, che nulla più. Dunque il privilegio d'un concepimento immacolato (a dimostrazione del quale furono operati tanti prodigi), è d'una certezza evidentissima, per modo che non può essere negato da verun uomo di sana mente, nè posto in dubbio.

Enumerati fin qui i fortissimi argomenti che si ricavano dalle teologiche fonti e serbato nello spiegarli l'ordine più sopra esposto, ora m'avanzo a considerare quelle testimonianze che ci furono

Digitized by Google

Validissimis hactenus enumeratis argumentis quae a theologicis eruuntur fontibus, eoque in iis explicandis servato ordine quem superius proposui, ad ea modo consideranda testimonia propero, quae ab sanctissimis gravissimisque Patribus ac Doctoribus nobis tradita sunt hac super re, quaeque apostolicarum traditionum firmissimum constituunt fundamentum. Pretiosissimis his ditati divitiis, tam multa, tam varia, tam accurata attentione dignissima legimus, quae immaculatum illustrant Virginis Conceptum, ut Pauli Apostoli verbis jure dicere possimus: *Nos tantam habentes nubem testium.* (Heb. 12.) Bone Deus! quis posset recensere, ac pro meritis commendare quae a secundo Ecclesiae saeculo ad duodecimum usque conscripserunt Patres ad stabiliendam ac confirmandam immaculatam innocentiam, qua Virgo Deipara ex singulari Gratiae privilegio apparuit ornata in primo instanti conceptus sui? Primus insignis agminis hujus dux, rector quasique antisignanus habendus est Graecus Origenes, qui de Maria scribens affirmare non dubitavit, ipsam nulla peccati labe pollutam fuisse, *nec serpentis venenosi afflatibus esse infectam.* (Orig. Hom. 1. in Luc.) Hujus ab sua Mediolanensi cathedra vestigia pressit eloquentissimus Ambrosius, qui de excelsae Virginis laudibus magna dicturus haec protulit verba memoratu dignissima: *Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati.* (Ambr. Esposit. in Psalm. 118.) Utrique adhaesit Divus Epiphanius, qui cum quinto floreret Ecclesiae saeculo, ditissimam hanc in scriptis suis nobis reliquit haereditatem: *Solo Deo excepto, Maria cunctis superior extitit. Natura formosior est ipsis Cherubim, Seraphim, et omni exercitu angelorum... Ovis immaculata, quae peperit agnum Christum.* (Epiph. de laudibus Virg.). Etsi vero quae attulimus egregia sint apta ac majorem in modum accommodata ad confirmandum privilegium immaculati conceptus in Virgine; nihilo tamen secius ea quae Doctor Maximus Hieronymus scripsit, me sic afficiunt, ut non modo intellectum ad

Digitized by Google

lasciate da' santissimi e dottissimi Padri e Dottori su questo proposito, e che formano il fermissimo fondamento dell'Apostoliche tradizioni. Adorni di queste preziosissime ricchezze, leggiamo tante, e sì varie e degne della più accurata attenzione consolanti testimonianze, che illustrano l' immacolata Concezione di nostra Donna; cotalchè possiamo dire meritamente colle parole di Paolo: *tanta abbiamo nube di testimonii.* (Haebr. 12.) Oh buon Dio! Chi mai potrebbe annoverare e commendar secondo il merito le testimonianze lasciate dal secondo fino al dodicesimo secolo della Chiesa dai Padri e Dottori, a stabilire e confermare l' immacolata innocenza, di cui per singolar privilegio della grazia comparve fornita la gran Vergine Madre di Dio fino dal primo istante del suo concepimento? Il primo veramente insigne duce, reggitore, e quasi antesignano di questa schiera vuol tenersi il greco Origene; il quale di Maria scrivendo, non dubitò d'affermare, *non esser essa stata macchiata giammai da veruna sozzura di peccato, ned avere contratta la menoma infezione per l'alito del velenoso serpente.* (Orig. Hom. 1. in Luc.) Di questo ricalcò le orme dalla sua cattedra di Milano l'eloquentissimo santo Ambrogio; il quale accinto a dire grandi cose delle lodi della Vergine eccelsa, pronunziò le seguenti parole, degnissime di memoria: *Vergine per benefizio della grazia, immune da ogni macchia di peccato.* (Ambr. exp. in psal. 118.) All' uno ed all' altro si congiunse santo Epifanio che fioriva nel quinto secolo della Chiesa, e ci lasciò ne' suoi scritti questa ricchissima eredità: *Eccettuato il solo Iddio, Maria fu superiore a tutti gli altri. Per natura essa è più bella degli stessi Cherubini, Serafini, e di tutto l' esercito degli Angioli: essa è una pecorella immacolata che partorì il vero agnello G. C.* (Epiph. de laudibus Virg.)

E quantunque le testimonianze che abbiamo prodotte sieno veramente egregie e in singolar maniera acconcie a confermare nella Vergine il privilegio d' una Concezione immacolata; tuttavia le cose scritte dal Massimo Dottor s. Girolamo mi riempiono di tale ammirazione, per cui non solo mi sento sollevar l' intelletto a pensieri sublimi, ma eziandio commuoversi l' animo mio per un subito sentimento di letizia. Ed infatti mentre il lodato Girolamo accingevasi a spiegare quelle profetiche voci: *E li condusse nella nube del giorno*, conchiuse il suo parlare con questa maravigliosa

Digitized by Google

sublimia extolli, sed animum quoque sentiam subito laetitiae sensu commoveri. Et sane dum aggrederetur illas prophetae explicare voces: *duxit eos in nube diei:* eximia sermonem concludit hac sententia; *Dominus venit Ægyptum saeculi istius super nubem levem Virginem, et deduxit eos in nube diei. Pulchre dixit diei; nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce.* (Expos. in Ps. 77.) At cum doctissimos statuo versare libros, quibus Augustinus catholicae veritatis strenuus propugnator, non modo immaculatum justissimis extulit laudibus Virginis conceptum, verum etiam de eo tam solide, apposite, sapienter scripsit, ut nomen suum immortalitati commendarit; plane intelligo eo me venisse, ubi exultat et triumphat oratio. Quis enim est, quantumvis suae tenax opinionis, qui sua ponere arma, ac silere non cogatur simul ut gravissimam ac viro theologo dignam hanc legerit sententiam: *Non est in filiis hominum, nec fuit nec erit qui nullo unquam peccato fuerit obstrictus. Excipio beatam Virginem, de qua nullam prorsus haberi volo quaestionem, quoties de peccato agitur, quia vicit omni ex parte peccatum.* (Aug. cap. 36. de natura et gratia.) Praemissa hac D. Augustini doctrina affirmare non dubito neminem fuisse, vel futurum fore qui de B. V. conceptu verba faciens magis proxime accesserit ad inclytum Gratiae doctorem quam fulgens illud theologiae lumen ac decus, Thomas Aquinas quem honoris causa nomino, quoque audito, disputationibus imponendus est finis. En ejus verba quae colliguntur ex capite tertio Commentarii in epistolam Pauli Apostoli ad Galatas: *Mulierem ex omnibus non inveni, quae a peccato omnino immunis esset ad minus originis et veniali. Excipitur purissima et omni laude dignissima Virgo Maria, quae omnino immunis fuit a peccato originali et veniali.* (Comm. in c. 3 Ep. ad Galatas.) Haec accurate perpendant qui ex errore arbitrati sunt doctorem Angelicum sibi favere, causaeque suae patrocinari: cum contra luce meridiana clarius constet sententiam Aquinatis, universique Praedicatorum Ordinis, quantum ad Virginis conceptionem attinet, non aliam, sed hanc unam fuisse: *Beatam Virginem, ne*

Digitized by Google

sentenza: *Il Signore venne nell'Egitto di questo secolo sopra una nube leggiera*, ossia per mezzo della Vergine eccelsa, *e li condusse nella nube del giorno. Egregiamente disse del giorno, perocchè quella nube non fu mai avvolta da tenebre, ma stette sempre nel chiaror della luce.* (Exp. in psal. 77.) Ma allora ch' io diviso svolgere que' libri dottissimi, co' quali Agostino, valoroso difensore della verità cattolica, non solo con lodi giustissime esaltò l' immacolata concezione della Vergine; ma ben anco scrisse di quella con tanta solidità, convenevolezza, e sapienza, per modo che tramandò il suo nome alla immortalità; al tutto intendo d' essere là venuto dove esulta e trionfa l'orazione. Imperocchè dove mi troverete un solo, per quantunque sia tenace della propria opinione, che non veggasi costretto a depor le sue armi e a serbar silenzio quando abbia letta questa sentenza al tutto degna d' un sì famoso teologo. *Non vi ha figliuolo degli uomini, nè vi ebbe, nè vi sarà chi non siasi renduto reo di qualche peccato. Eccettuo da questa schiera la beatissima Vergine, della quale non voglio che mai facciasi menzione quando trattasi di peccato, perchè vinse da ogni parte la colpa.* (Aug. cap. 36. de nat. et gratia). Premessa questa dottrina di s. Agostino non dubito di affermare, non esserci stato mai veruno, o dover sorgere nel mondo, il quale parlando della concezione di nostra Donna siasi accostato più da vicino all' inclito Dottor della grazia, quanto quel fulgido lume e decoro della sagra teologia, Tommaso d'Aquino, il quale nomino per motivo di onore, ed il quale udito, vuolsi metter fine a qualunque disputa. Ed ecco le parole di Lui che raccolgonsi dal capo terzo del suo commentario sulla epistola dell' apostolo Paolo ai Galati: *Non ho mai trovata fra tutte una sola donna, che fosse al tutto esente dal peccato, almeno di origine, o veniale. Si eccettua la gran Vergine Maria purissima, e sopra ogni espressione meritevole di prolissa lode, la quale fu assolutamente immune dal peccato originale e veniale.* (Com. in c. 3. Ep. ad Galat.) Facciano di considerar bene e con tutta accuratezza questa sentenza coloro che per errore pensano esser il Dottor angelico loro favorevole, e difendere questa causa: mentre per contrario è manifesto con maggior chiarezza che non è quella che apporta il raggio meridiano, che la sentenza dell'Aquinate e di tutto l' illu-

Digitized by Google

pro instanti quidem subjacuisse irae Dei. Neque illud silentio praeteribo quod hac super re Divus conscripsit Anselmus, sane dignum quod diurna nocturnaque pariter versent manu quicumque Sacrae Theologiae sedulam navant operam. *Decens erat* (sic laudatus Pater ad posterorum memoriam loqui voluit) *ut ea puritate, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris et Virginis Filius.* (Ansel. de Conceptu virginali cap. 12.).

Quamvis autem maximum accedat ad causam nostram tuendam fundamentum ac praesidium tum ex argumentis a theologicis fontibus petitis, tum ab sanctorum Patrum et Doctorum sententiis; attamen catholicae Ecclesiae gravissima, constans, perpetua consensio, hoc Virginis privilegium sic illustrat et extollit, ut de immaculato Deiparae conceptu nemini liceat dubitare. Quis ignorat non privatos homines, qui ex infirmitate naturae et fallere et falli possunt, sed ipsum Spiritum veritatis, qui semper adest, juxta promissionem Christi, Ecclesiae suae, sive congregatae, sive dispersae eam sic tueri ut errare nunquam possit? In auribus adhuc resonat, resonabitque catholicorum hominum oraculum illud Magistri divini, quo nullum aliud vel certius, vel dulcius: *Euntes docete omnes gentes... Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi:* (Matth. 28. v. 20.) quibus verbis perspicue demonstravit nullam excogitari posse disputationem, nullumque fidei nostrae articulum esse propositum ad credendum, in quo definiendo Successor Petri, atque Ecclesiarum Antistites arctissima ipsi juncti communione, a veritate aberrare possint. Quod quam verum esset, pro summa sua sapientia et eruditione declaravit Divus Augustinus tunc cum haec gravissima protulit verba: *Ego vero evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae moveret auctoritas.* (De veritate religionis). Quid dici poterat validius ad ecclesiasticam doctrinam stabiliendam et confirmandam? Qua ex re etsi facien-

tre Ordine de' Predicatori, per quanto appartiene alla Concezione della Vergine, non fu mai diversa da quella che diremo; ma anzi mostrossi sempre questa sola: *che la beata Vergine nemmeno per un istante solo ha soggiaciuto mai alla collera di Dio.* Nè si vuole passar sotto silenzio ciò che scrisse su questa materia santo Anselmo, certamente degno d'essere con diurna e notturna mano svolto da quanti si applicano alla teologia: *conveniva* (così volle parlare a memoria de' posteri il lodato Padre) *che fosse adorna di tale purezza, di cui dopo Dio non si possa intendere la maggiore, quella Vergine benedetta, a cui Dio Padre disponeva di dare l'unico suo figliuolo; che con tutto il suo cuore aveva generato a se eguale e che amava come se stesso; così che naturalmente fosse il solo, il medesimo, il comune figliuolo di Dio Padre e della Vergine immacolata.* (D. Ansel. de Concep. Virg. cap. 12.) Sebbene però aggiungasi un massimo fondamento e presidio a difendere la nostra causa sì dagli argomenti ricavati dalle teologiche fonti, sì dalle sentenze de' santi Padri e Dottori; tuttavia il gravissimo, costante, perpetuo consenso della Cattolica Chiesa cotanto illustra, sostiene, ed innalza questo privilegio della Vergine, che non è permesso a chicchessia dubitare della Concezione immacolata di nostra Donna. Risuona ancora, e risuonerà mai sempre negli orecchi dei Cattolici quell' oracolo del divino Maestro, di cui niun altro puossi trovare o più eccelso, o più certo, o più illustre. *Ite ed istruite tutte le genti: ed eccovi ch' io sono con esso voi, in tutti i giorni fino alla tarda consumazione de' secoli:* (Matth. 28. v. 20.) colle quali parole chiaramente mostrò non potersi immaginare disputa, o ritrovarsi altro articolo della nostra fede proposto a credersi, nella cui definizione il successore di Pietro e i Vescovi delle singole Chiese, congiunti a lui con istrettissima comunione possano allontanarsi dalla verità. La qual cosa quanto sia vera, dichiarollo colla maravigliosa sua sapienza ed erudizione s. Agostino, allorchè pronunciò queste gravissime parole: *Quanto a me, non crederei al Vangelo, se a ciò fare non mi muovesse l'autorità della Chiesa cattolica.* (lib. de verit. relig.).

Che mai puossi dire di più forte a stabilire e confermare l'ecclesiastica dottrina ? Per le quali cose tutte, sebbene sia da stimarsi moltissimo il nome, la fama, l' eccellenza dei singoli Padri e Dottori, per lo cui mezzo le venerabili apostoliche tradizioni perven-

Digitized by Google

dum sit plurimi nomen, fama, praestantia Sanctorum Patrum ac Doctorum, per quos apostolicae traditiones ad nos usque pervenerunt; tamen auctoritas Ecclesiae a divino Spiritu edocta jure ac merito ceteris quibuscumque rebus est praeferenda: adeo ut Divus Thomas Aquinas magni Augustini sectator et discipulus dixerit: *Maximam habet auctoritatem Ecclesiae consuetudo, quae semper est in omnibus aemulanda. Unde magis standum est auctoritati Ecclesiae, quam Augustini.* (2. 2. qu. 10. A. 12.). Hanc usque habeant doctrinam fidelibus oculis subjectam, qui privilegium immaculati conceptus oppugnare ausi sunt, ut eximio duci ac magistro suo, saltem aliquo pacto gratificari velle viderentur.

Quod autem attinet ad immaculatum Virginis conceptum, quis esse potest sacrae adeo jejunus atque inscius doctrinae, cui persuasum non sit ab Apostolica proficisci traditione quod de Deipara affirmat et praedicat catholica Ecclesia: eo vel maximae quod eidem tres competunt notae, quas Vincentius Lirinensis in suo Commonitorio declaravit iis constanter tractationibus inesse, *quae semper*, *quae ubique*, *quae ab omnibus*, nulla commixta varietate, ad Christi fidelium eruditionem pervenerunt? Quamvis enim sancta Apostolica Sedes longissimo undeviginti saeculorum spatio nondum censuerit tempus advenisse quo solemni ac peremptoria prolata sententia definiret Beatissimam Virginem Mariam ea fuisse divinae gratiae copia exornatam, ut vel in ipso primo vitae suae instanti nec peccati labem contraxerit, nec sui Conditoris subjacuerit irae; nihilo tamen secius ipsam immaculatam usque praedicavit, ac talem ab omnibus haberi, dici, commendari voluit: ita ut tacita Ecclesiae consensio hoc super privilegio, pro affirmativa sententia sit merito accipienda; quippe cum omnino fieri non possit ut sanctissima Christi familia, sive in legitima generali Synodo congregata, sive per universum terrarum orbem dispersa, a veritate recedat, tum si vocem attollens loquatur, tum si ex probabili causa prudens sileat. Quam ergo habemus de immaculato Virginis conceptu semper sibi constantem a prioribus saeculis ad nostra

Digitized by Google

nero fino a noi; tuttavia l'autorità della Chiesa, addottrinata dal divino Spirito vuolsi meritamente preferire a tutte le altre cose: per modo che s. Tommaso di Aquino, fedele seguace e discepolo del massimo Agostino ebbe a dire: *ha un'autorità grandissima la consuetudine della Chiesa; la qual sempre vuolsi aver in veduta, e prender a norma in tutte le cose. Per lo che più hassi ad apprezzare l'autorità della Chiesa che quella d' un solo Dottore, foss' egli pur anco l'immortale Agostino.* (2. 2. quaest. 10. Art. 12.) Tengano sempre questa dottrina sotto gli occhi coloro che non temettero nel bollore delle dispute passate di combattere il privilegio dell' immacolata Concezione; per mostrar forse con ciò che voleano far così, per dare a diveder al mondo l'altissima stima che tributavano al duce, e al maestro della loro scuola; il quale però comprovarono i fatti come ben diversamente sentisse e pensasse su questo punto.

Per quanto poi appartiene all' immacolata Concezione della Vergine, puossi egli trovar un solo tanto digiuno e rozzo nella sagra dottrina, che non si persuada derivar dalla tradizione apostolica ciò che la cattolica Chiesa afferma e predica de' privilegi della gran Madre di Dio? E ciò tanto più, quanto a questa dottrina competono tutti e tre i caratteri che Vincenzo Lirinese dichiarò nel suo Commonitorio, trovarsi costanti in tutt' i trattati che appartengono all' istruzione dei Cristiani; e questi caratteri essere i seguenti: che la dottrina di che si tratta sia stata insegnata *sempre*, *da per tutto*, *e da tutti senza la menoma varietà.* Imperciocchè sebbene la santa apostolica Sede nel lunghissimo spazio di diciannove secoli non abbia giudicato ancora esser maturo il tempo, o vicino a sorgere il giorno, in cui con solenne e perentoria sentenza si definisca essere la beatissima Vergine Maria arricchita di tal copia di grazia divina, che fino dal primo istante della preziosa sua vita nè mai contrasse la macchia del peccato, nè mai soggiacque all' ira del suo Creatore; ciò però non di manco predicolla sempre come immacolata, e come tale approvò che sia da tutti tenuta, detta, commendata: così che questo tacito consentimento della Chiesa intorno a questo privilegio, vuolsi ricevere in luogo d'una sentenza affermativa; non potendo mai avvenire che la santissima famiglia di G. C. o ragunata in qualche legittimo generale Concilio, o dispersa per tutto il mondo, s' allontani mai dalla verità, sì allora che alzando la volce parla, sì eziandio quando per

Digitized by Google

usque tempora Ecclesiae catholicae sententiam, eam jure plane nostro suspicimus, probamus, admittimus, veluti a D. O. M. profectam, non hominum arbitratu ac consilio invectam. Quis vero satis pro meritis explicare sufficiat qua celeritate insigne hoc Virginis privilegium sic fuerit a quatuor ventis adeo propagatum ac diffusum, ut generalis ac communis doctrina singulorum Christi fidelium sit dicendum; sive hi in amplissimis degant urbibus, oppidis, municipiis, sive in insulis commorentur, ipso squallidis desertisque situ, in verticibus montium, vel in oris ardenti inflammatis aestu, vel in cavernis frigore algentibus? Quid plura? Populos citius invenies, quacumque destitutos morum cultura, litteris, artibus, scientiis, facultatibus, subsidiisque ad vitae usus necessariis, quam gentes sociali foedere junctas, quae Mariae privilegium quo par est obsequio, fide, religione non prosequantur. Quod si considerare libeat quam multi ex variis sumpti classibus ii sint, qui magnis animis laudabilique contentione Virgineum tuentur Deiparae decus et ornamentum, proque eo tuendo nec laboribus, nec vigiliis, nec curis parcunt; profecto innumeros reperies principes viros, litteratos homines, duces bellica gloria insignes, imperatores rerum publicarum procuratione sane admirabiles, qui nihil magnum, vel insolitum aggrediuntur, quin prius a laudibus et invocatione Virginis sine labe conceptae auspicentur. Ast cum Tridentinorum Patrum consessum ad memoriam revoco, animo sic afficior, ut fateri cogar sanctissimos ac doctissimos Episcopos universi catholici orbis totos in eo fuisse ut immaculatum Virginis decus, quantum per ea tempora licuit, tuerentur et amplificarent. Etsi enim, prudentia sic suadente, nullum super hoc decretum tulerint, singulos tamen Christi fideles monitos voluerunt, *non esse suae intentionis comprehendere in Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam et Immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem; sed observandas esse Constitutiones felicis recordationis Xysti Papae IV. sub poenis in iis Constitutionibus contentis, quas innovat.* (Conc. Trid. Sess. V. de Ref. Decr. *de Peccato originali*). Quod si doctrina

Digitized by Google

un giusto motivo prudentemente si tace. Quella dottrina dunque che noi abbiamo intorno all' immacolato concepimento di Maria sempre a se stessa conforme dai primi secoli fino ai tempi nostri, questa a tutto nostro diritto la veneriamo, l' approviamo, l' ammettiamo come derivata da D. O. M., non già come introdotta dall' arbitrio e dal parere degli uomini. Ma chi mai basterà a spiegare secondo il merito con quale e quanta celerità questo insigne privilegio della Vergine sia stato così diffuso e propagato da' quattro venti, che dir si vuole generale e comune dottrina dei cristiani; ossia che questi abbiano domicilio nelle amplissime cittadi, nelle castella, ne' borghi, ne' municipj, o soggiornino nell' isole squallide e diserte per la stessa condizione del sito, sulle cime dei monti, o nelle piaggie infiammate dal cocente calore, o nelle caverne, e ne' più cupi recessi, abbrividiti dal gelo? Che più? Ci verrà fatto più presto di trovar popoli privi di qualsisia coltura, di costume, di lettere, d' arti, di scienze, di facoltà, di sussidii necessari agli usi della vita, di quello che genti unite insieme con socievole comunanza, che non onorino il privilegio di Maria con quell' ossequio di fede e religione che ben si conviene. Che se piaccia di considerare quanti sieno presi dalle differenti classi sociali che con grand' animo e lodevole sforzo difendono il decoro e l' ornamento verginale della gran Madre di Dio, e per difesa del medesimo non perdonano nè a fatiche, nè a veglie, nè a cure; per certo ci verrà fatto di trovare innumerevoli principi, uomini letterati, duci chiarissimi per gloria militare, imperatori veramente ammirabili pel maneggio delle cose pubbliche, che non si attentano mai d' intraprendere cosa nuova, o grande, od insolita, senza prima procurare un fausto auspicio alla cosa da farsi dalle lodi, e dall' invocazione della Vergine concetta senza macchia. Ma quand' io richiamo alla memoria la ragunanza venerabile de' tridentini Padri, sentomi così commosso nell' animo che sono costretto a confessare che santissimi e dottissimi Vescovi di tutto l' orbe cattolico, tutti occuparonsi nel difendere e nell' ampliare, quanto fu loro permesso secondo le condizioni di que' tempi, il decoro immacolato di Maria. Imperocchè quantunque così consigliati dalla prudenza non abbiano creduto conveniente di stendere su questo verun decreto, vollero per altro avvertiti i singoli seguaci del Salvatore, non *essere loro intenzione il comprendere nel decreto, dove si tratta del*

Digitized by Google

propugnans Conceptum Virginis immaculatum, una ex iis est, quae semper, quae ubique, quae ab omnibus tradita est, juxta praemissa, ac probata; ergo tacita, universalis, constans cathólicae Ecclesiae consensio super hoc, a Deo ipso, non ab hominibus invecta est, ita ut qui illam rejicit, aeterno Numini veritatis fonti, non filiis Adae, erroribus semper proximis, bellum indicere videatur.

Ac re quidem vera poterat ne catholica Ecclesia piae sententiae magis patrocinari quam fecit? Quo affectu et gaudio christiani gregis plebs devota sedulam accommodavit aurem laudatoribus ac tutoribus Virginei privilegii? Contra vero qua offensione et scandalo semper audiit quidquid huic adversaretur singulari a qualibet labe immunitati? Vos vos modo testes locupletissimos appello Romanos Pontifices, Xystum IV, Pium et Paulum V, Gregorium XV, Alexandrum VII, qui os obstruxistis inimicorum Conceptionis, illaque omnia promovistis subsidia, quae ad hujus causae decus conferrent. Quam prompto animo Missam et Officium assignasti in honorem hujus festi, o Pie V! Qua animi exultatione statuisti, o Clemens XI, ut sacer rediret quotannis universo catholico gregi, solemnis, atque a servilibus operibus vacans dies quo Maria concepta fuit! Qua alacritate indulsisti XVI Gregori, tuque o Pie IX, ut Vobis probantibus, in Praefatione Missae a quibuscumque sacerdotibus in aliqua dioecesi degentibus, cui a Petri successore haec facta fuit potestas, licite dici posset, *et te in Conceptione Immaculata B. M. V.!* Quod simul ut auditum fuit, doctrina ad memoriam revocata est Doctoris Aquinatis jure dicentis: *Ecclesia celebrat Conceptionem B. M. V. Non autem celebratur festum nisi pro aliquo sancto. Ergo Beata Virgo in ipsa sua Conceptione fuit Sancta.* (S. Thom. III. Part. qu. 27. A. 1.).

Digitized by Google

peccato originale, la beata ed immacolata Vergine Maria, Madre di Dio; ma doversi intorno a questo osservare le costituzioni della felice memoria di Sisto Papa IV sotto le pene in quelle costituzioni contenute, le quali il Sinodo rinnova. (Conc. Trid. Sess. V. de Reform. Decr. de peccato orig.) Che se la dottrina che s' occupa a sostenere l'immacolato concepimento della Vergine è una di quelle che fu insegnata sempre, in ogni luogo, e da tutti, secondo ciò che abbiamo premesso, e dimostrato; dunque il tacito universale, costante consenso della Chiesa cattolica su questo punto fu introdotto da Dio stesso, non già dagli uomini: cotalchè se vi ha chi lo rigetti, questi mostra d'intimar la guerra all'eterno Iddio fonte d'ogni verità, non già ai miseri figliuoli di Adamo soggetti sempre all'errore.

E per dir vero poteva ella la cattolica Chiesa proteggere la pia sentenza più di quello che fece? Con qual affetto, e quanta gioia il popolo devoto della greggia cristiana volse l'orecchio ad ascoltar i lodatori e difensori del verginal privilegio? e per contrario udì sempre con ribrezzo e scandalo tutto ciò che opponevano alla singolar esenzione di Maria da qualunque macchia. Voi, voi ora chiamo, a nobilissimi testimonii, o romani Pontefici Sisto IV, Pio e Paolo V, Gregorio XV, Alessandro VII, che colla mano apostolica chiudeste la bocca agli inimici dell'immacolata Concezione e tutti promoveste que' sussidj che potessero concorrere al decoro di questa causa! Con quanta prontezza d'animo non assegnasti e la messa, e l'ufficio proprio in onore di questa festa, o V Pio! con qual esultazione d'animo hai stabilito, o XI Clemente, che ogn'anno tornasse sagro e solenne a tutta la cattolica greggia ed affatto esente dalle opere servili quel dì memorando in che fu concetta Maria! con qual allegrezza hai permesso, o XVI Gregorio, e Tu pure, o santissimo Pio, che lecitamente dir si potesse da tutti i Sacerdoti che abitano in una delle diocesi arricchite di questo privilegio, nell'atto della celebrazione dell'augusto Sacrificio: *et te in conceptione immaculata beatae Mariae Virginis?* La qual cosa non appena udissi, che tosto fu richiamata alla memoria di tutti la verissima dottrina dell'aquinate Dottore che meritamente ebbe a dire: *La Chiesa festeggia il concepimento della beata Vergine Maria. Ma così è che non si celebra festa se non per qualche santo; dunque la B. V. nella stessa concezione fu veramente santa.* (s. Thom. III. part. quest. 27. art. 1.)

Digitized by Google

Et sane possetne fieri ut immortales bonorum omnium largitori, Deo optimò maximo grates haberentur in publico Christi fidelium conventu pro Deiparae conceptione, si certe constaret hanc peccati labe fuisse pollutam vel in primo vitae ejus instanti? Quis unquam audivit catholicam Ecclesiam ab eo institutam, qui suae conditione naturae sanctissimus est, suisque sectatoribus et discipulis doctrinam, legem, mysteria, ritus, sacrificia concessit tam excelso auctore digna, aequo animo pati posse ut grates agantur pro re perpetuis lacrymis comploranda, ac culpae infecta veneno, cujusmodi est procul dubio peccatum? Hoc si forte accidisset praeter communem expectationem, merito diceretur sensibus ac verbis Pauli Apostoli in altera sua epistola ad Corinthios. *Quae participatio justitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conventio Christi ad Belial?* (II. Cor. 6.) Haec cum attente legissem solide ac perspicue digesta et explicata ante annos circiter septuaginta ab sanctissimo ac doctissimo viro Alphonso de Ligorio, immaculati virginei conceptus propugnatore supra quam dici possit vere strenuo; nec non temporibus nostris ab Eminentissimo Cardinali L. Lambruschinio, itemque a Francisco Perrone, Theologo e societate Jesu, piae sententiae sic adhaesi, ut ab ea tuenda, ac confirmanda nullo pacto recedere possem: quippe cum persuasum mihi semper fuerit speciosum hoc privilegium invictis argumentis a theologicis fontibus depromptis sic comprobari, ut nullus dubitationi reliquus sit locus; idem a Patribus et Doctoribus nobilissimis per singula ferme saecula perpetuis laudibus et praeconiis celebrari; ipsumque tacita, firma, constanti Ecclesiae consensione roborari, ut ad cumulatum triumphum praeter R. Pontificis definitionem solemnem nihil aliud deesse videatur.

Cum igitur, Pie Sanctissime, (Te enim modo alloquor tanquam praesentem, universaeque christianae reipublicae Moderatorem, ac dominici gregis Tutorem ac Patrem) catholicus orbis ab ea die auspicatissima, qua cunctis plaudentibus apostolicum conscendisti solium, hoc a Te expectet sibique polliceatur, ut qua excellis pietate, pruden-

Digitized by Google

Ed in vero potrebbe mai avvenire che si rendessero solenni ed immortali azioni di grazie al donatore di tutt' i beni D. O. M. in una pubblica radunanza di cristiani pel concepimento della Madre di Dio, se fosse certamente palese ch' Essa fosse contaminata da macchia di peccato fino dal primo istante di sua vita? E chi mai udì che la cattolica Chiesa istituita da Lui ch' è santissimo per felice condizione della sua divina natura, e che concesse a' suoi seguaci e discepoli dottrina, legge, misteri, riti, sacrifizii degni d' un tanto autore, possa tollerare con animo sofferente che si rendessero grazie per una cosa degna d' esser deplorata con perpetue lagrime, ed infetta dal veleno della colpa, quale si è certamente il peccato? E chi non vede che se mai questo fosse accaduto, fuori della comune espettazione, meritamente direbbesi coi sensi e le parole dell' apostolo Paolo nella seconda sua lettera a que' di Corinto: *qual parte ha mai la giustizia colla iniquità? qual unione della luce colle tenebre? qual accordo fra Cristo e il demonio?* (2. Cor. 6.) Non appena ebbi letto colla maggior attenzione ciò che scrisse con tanta solidità e chiarezza, sono già settant' anni passati, il santissimo e dottissimo vescovo Alfonso de Liguori, difensore valoroso dell' immacolato concepimento di Maria; ed insieme quando ho meditato ciò che a questi nostri tempi scrisse il dottissimo ed eminentissimo cardinale Lambruschini, e il celebre teologo della compagnia di Gesù Francesco Perrone, ho abbracciato la pia sentenza con tanto affetto, che in niun modo potrei ritirarmi dal difenderla e confermarla: essendo io persuaso che questo specioso privilegio sia comprovato da invincibili argomenti derivati dalle teologiche fonti, così chè non resta luogo veruno a dubitare; che il medesimo viene sostenuto, lodato e celebrato con perpetui elogi presso che in tutt' i secoli dai Padri e Dottori della Chiesa; e che finalmente è avvalorato dal tacito, fermo, costante consenso della Chiesa: per modo che dalla sola definizione in fuori, che attendesi dal massimo Pio, null' altro omai sembra mancare al trionfo compiuto di questa degna causa.

Conciossiacchè dunque, o sommo Pio (perocchè io intendo di parlar Teco, quasi che mi fossi presente, e di venerare in Te il Moderatore ed il Principe supremo di tutta la cristiana repubblica, e il Tutor ed il Padre della greggia del Signore) tutto il mondo cattolico fin da quel giorno, in cui fra i plausi universali salisti all'apo-

Digitized by Google

tia, doctrina novum hoc divinae Matri ornamentum et decus augeas, solemnique ritu in Sacrosancta Vaticana Basilica jamdiu expectatam sententiam proferas, *IMMACULATUM DEIPARAE CONCEPTUM* dignissimum esse, qui inter veritates revelatas firmissimo mentis et cordis assensu credendas recenseatur; Te etiam atque etiam oro obtestorque, ut quacumque sublata dubitatione et mora apostolicum demum pronunties oraculum Deo charissimum, Virgini gloriosum, Ecclesiae universae maxime profuturum. *Quis novit* (sine quaeso ut quod sentio libere dicam) *utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris?* (Esther. cap. 4.)

Quam saeva et horribili jactetur procella amplissima Christi familia, ac Sancta Apostolica Sedes ipse per Te facile vides atque experientia magistra satis superque cognoscis. Heu quo processit furor impiorum hominum, qui divina religione contempta, *astiterunt adversus Dominum, et adversus Christum ejus!* (Psalm. 2.) Vineam Domini Sabaoth aspernata est philosophia falsi nominis, in suo (heu nimis!) brachio confidens. Sume ergo animos, Sanctissime Pie, omnem pone metum, rumpe moras, coeleste expecta patrocinium: quippe cum certissimum sit Deiparam materno plane affectu diligentes se diligere. Pretiosissimam coronam gemmis distinctam, multisque abhinc saeculis contextam apostolica dextera Tua capiti ejus imponito, maxima pietatis Tuae praemia relaturus. Singulos jube ecclesiarum particularium pastores in eo totos esse ut maximo cordis affectu Mariam colant, venerentur, ac patronam apud Deum sibi faciant: ut vere dici possit eos monitis obtemperare D. Bernardi dicentis: *Quaeramus gratiam, et per Mariam quaeramus: quia quod quaerit invenit, et frustrari non potest.* (D. Bern. Hom. in Nat. B. M. V.).

Haec sunt, Pater Sanctissime, quae mea haec Tarvisina Ecclesia de immaculato sentit Virginis conceptu, quaeque a Te jussus scriptis referenda curavi ut Tuae parerem voluntati. Cumque sciam me in publica commoda peccaturum esse si longo sermone morer tua tempora, o Pontifex Maxime, disputationem perficiam hanc

Digitized by Google

stolico pontifical Solio; questo da Te si aspetta, questo si ripromette da Te, che per quella pietà, prudenza, dottrina, per cui sì Ti distingui Tu accresca questo ornamento e decoro alla gran Madre di Dio, e con solenne rito nella sagrosanta Basilica Vaticana Tu proferisca la sentenza da sì lungo tempo aspettata: essere *l' IMMACOLATO CONCEPIMENTO DELLA MADRE DI DIO* degnissimo di venir annoverato fra le verità rivelate, da credersi col più fermo assenso della mente e del cuore; Ti prego, Ti supplico, Ti scongiuro, che tolta omai qualunque dubitazione e troncato qual si sia ulteriore indugio, Tu pronunci alla fine l'apostolico Oracolo, carissimo a Dio, glorioso alla Vergine, e più che possa dirsi a parole giovevole a tutta la Chiesa. *Chi sa* (consenti, o veneratissimo Padre, che liberamente spieghi quanto sento nell'animo) *chi sa se forse Tu sia venuto al regno per questo, perchè in tal tempo Tu sia destinato dal Cielo a pronunciare su questa causa.* (Esth. c. 4.) Tu da te stesso facilmente vedi da quanto fiera ed orribile procella sia agitata l'amplissima famiglia di Cristo, e la santa apostolica Sede; e colla scorta della Tua propria sperienza senza ombra d'oscurità lo conosci. Ahi dove avanzossi il furore degli empi, che disprezzata la divina religione *alzaronsi contro il Signore, e contro il suo Cristo!* (Psal. 2.) Ahi che una filosofia di falso nome tenne a vile, e spogliò la vigna del Signore, Iddio degli eserciti, confidata troppo nella fortezza del braccio suo! Prendi animo dunque, o santissimo Pio; sgombra ogni timore; rompi il molesto indugio; aspetta il celeste patrocinio: essendo cosa certissima che la gran Madre di Dio riama con materno affetto quelli che ardono d'amore per Lei. Cingi il capo della Vergine d'una preziosissima corona sfavillante pelle gemme, già tessuta da molti secoli addietro, e confida di riportare dalla tua pietà il frutto più abbondante. Prescrivi a ciascuno de' Vescovi delle chiese particolari d'essere tutti occupati nell'onorare col massimo affetto del cuore la gran Vergine Maria, nel venerarla, nel farsela avvocata presso Iddio: cosicchè veramente dire si possa cogli avvisi del santo padre e dottore Bernardo: *Cerchiamo la grazia e cerchiamola per mezzo di Maria, perch' ella ritrova ciò che cerca, e non possono i voti di Lei rimaner vuoti di effetto.* (D. Bern. Hom. in Nat. B. M. V.) Sono, queste o Padre santissimo, le cose che questa mia Chiesa trevigiana sente intorno all'immacolata Concezione della Vergine;

Digitized by Google

meam laudati Bernardi vocibus, quae ad rem nostram faciunt: *Quae dixi, absque praejudicio sane dicta sint sanius sapientis Romanae praesertim Ecclesiae auctoritati atque examini totum hoc, sicuti et cetera, quae hujusmodi sunt, universa reservo: ipsius si quid aliter sapio, paratus judicio emendare.* Iis omnibus perfectis quae jussisti, sanctissimos Tuos osculor pedes, Tibi pro Ecclesiae pace et incolumitate laboranti fausta cuncta precor, flexisque genibus tum mihi, tum meis pretiosum postulo donum benedictionis apostolicae.

Datum Tarvisii in Provinciis Venetis
III. Kal. Octobr. A. S. 1849.

Humillimus et Obsequentissimus Servus et Filius
SEBASTIANUS *Tarvisinorum Episcopus*

Digitized by Google

e che io dietro il comando Apostolico ho procurato di riferire in iscritto per ubbidire alla suprema Tua volontà. E perchè io so che peccherei a scapito del pubblico vantaggio se con lungo discorso ritardassi, o Pontefice massimo, le tante Tue e sì gravi occupazioni; darò compimento a questa mia disputa colle voci del lodato Bernardo, che bene si adattano al nostro proposito: *Ciò ch' io dissi, sia detto senza pregiudizio di chi ne sa più di me, e particolarmente senza scapito* dell' autorità della romana Chiesa, *alla cui cognizione ed esame io sottometto tutto questo mio dettato, siccome ancora tutte le altre cose che sono di questo genere: disposto di correggere e di emendare, dietro gli avvisi e le correzioni della s. Apostolica Sede tutto quello, in che io mi dilungassi da' suoi insegnamenti.* Compiute tutte le cose che ordinasti doversi fare, bacio umilmente i Tuoi santissimi piedi; auguro a Te che affatichi per la pace, la salvezza e la gloria della Chiesa, ogni più fausto e fortunato evento, e chieggo per me e per tutti i miei il prezioso dono dell' apostolica Benedizione.

Data da Trevigi nelle Provincie Venete
il dì 27 settembre 1849.

Umilissimo e Obbedientissimo Servo e Figliuolo
SEBASTIANO *Vescovo de' Trevigiani*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PER L' INGRESSO

NELLA CATTEDRALE DI TREVISO

DI MONS. CANONICO PENITENZIERE

GIUSEPPE BIADENE

PROVICARIO VESCOVILE

Digitized by Google